

PROPRIO DE LA MISA  
CONMEMORACIÓN DE LOS FIELES DIFUNTOS (PRIMERA MISA)

INTROITO 4 ESDRAS 2:34–35, SALMO 64:2–3

REQUIEM æternam dona eis, Domine: et lux perpetua luceat eis. Ps. 64. 2-3. Te decet hymnus, Deus, in Sion, et tibi reddetur votum in Jerusalem: exaudi orationem meam, ad te omnis caro veniet.

DALES Señor el descanso eterno y la luz perpetua brille para ellos. Salmo. Para Ti, oh Dios se canta un himno en Sion y para Ti entregan ofrendas en Jerusalén; escucha mi oración, a ti vendrá todo lo que está vivo.

COLECTA

FIDELIUM, Deus, omnium conditor et redemptor, animabus famulorum famularumque tuarum remissionem cunctorum tribue peccatorum: ut indulgentiam, quam semper optaverunt, piis supplicationibus consequantur: Qui vivis et regnas.

OH DIOS, creador y redentor de todos los fieles; concede a las almas de tus siervos y siervas la remisión de todos sus pecados, para que, por nuestras fervorosas súplicas, consigan el perdón que siempre han deseado. Tú que vives y reinas.

EPÍSTOLA 1 Corintios 15:51–57

FRATRES: Ecce mysterium vobis dico: Omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur. In momento, in ictu oculi, in novissima tuba: canet enim tuba, et mortui resurgent incorrupti: et nos immutabimur. Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem: et mortale hoc induere immortalitatem. Cum autem mortale hoc induerit immortalitatem, tunc fiet sermo, qui scriptus est: Absorpta est mors in victoria. Ubi est, mors, Victoria tua? Ubi est, mors, stimulus tuus? Stimulus autem mortis peccatum est: virtus vero peccati lex. Deo autem gratias, qui dedit nobis victoriam per Dominum nostrum Jesum Christum.

HERMANOS: Os revelo un misterio: No todos vamos a morir, pero todos seremos transformados. En un instante, en un abrir y cerrar de ojos, cuando suene la trompeta final porque esto sucederá los muertos resucitarán incorruptibles y nosotros seremos transformados. Lo que es corruptible debe revestirse de la incorruptibilidad y lo que es mortal debe revestirse de la inmortalidad. Cuando lo que es corruptible se revista de la incorruptibilidad y lo que es mortal se revista de la inmortalidad, entonces se cumplirá la palabra de la Escritura: La muerte ha sido vencida. ¿Dónde está, muerte, tu victoria? ¿Dónde está tu aguijón? Porque lo que provoca la muerte es el pecado y lo que da fuerza al pecado es la ley. ¡Demos gracias a Dios, que nos ha dado la victoria por nuestro Señor Jesucristo!

GRADUAL 4 Esdras 2:34–35; Salmo 111:7

REQUIEM æternam dona eis, Domine: et lux perpetua luceat eis. Ps. In memoria æterna erit justus: ab auditione mala non timebit.

DALES, Señor, el descanso eterno y brille para ellos la luz perpetua. V. Salmo. La memoria del justo será eterna y no temerá un renombre funesto.

TRACTO

ABSOLVE, Domine, animas omnium fidelium defunctorum ab omni vinculo delictorum. Et gratia tua illis succurrente, mereantur evadere iudicium ultionis. Et lucis æternæ beatitudine perfrui.

ABSUELVE, Señor, las almas de los fieles difuntos de los lazos de sus pecados. V. Ayúdales tu gracia para que puedan escapar a la sentencia de condenación y gozar eternamente la dicha de vivir en tu luz.

SECUENCIA DIES IRÆ

DIES iræ, dies illa, solvet sæclum in favilla: teste David cum Sibylla.

OH DÍA de ira aquel en que el mundo se disolverá, como lo atestiguan David y Sibila!

QUANTUS tremor est futurus, quando iudex est venturus, cuncta stricte discussurus!

CUÁN grande será el terror cuando el juez venga a juzgarlo todo con rigor.

TUBA mirum spargens sonum per sepulcra regionum, coget omnes ante thronum.

MORS stupebit et natura, cum resurget creatura, iudicanti responsura.

LIBER scriptus proferetur, in quo totum continetur, unde mundus iudicetur.

JUDEX ergo cum sedebit, quidquid latet apparebit: nil inultum remanebit.

QUID sum miser tunc dicturus? Quem patronum rogaturus, cum vix justus sit securus?

REX tremendæ majestatis, qui salvandos salvas gratis, salva me fons pietatis.

RECORDARE, Jesu pie, quod sum causa tuæ viæ: ne me perdas illa die.

QUÆRENS me, sedisti lassus: redemisti Crucem passus: tantus labor non sit cassus.

IUSTE iudex ultionis, donum fac remissionis ante diem rationis.

INGEMISCO, tamquam reus: culpa rubet vultus meus: supplicanti parce, Deus.

QUI Mariam absolvisti, et latronem exaudisti, mihi quoque spem dedisti.

PRECES meæ non sunt dignæ: sed tu bonus fac benigne, ne perenni cremer igne.

INTER oves locum præsta, et ab hædis me sequestra, statuens in parte dextra.

CONFUTATIS maledictis, flammis acribus addictis: voca me cum benedictis.

ORO supplex et acclinis, cor contritum quasi cinis: gere curam mei finis.

LACRIMOSA dies illa, qua resurget ex favilla iudicandus homo reus.

HUIC ergo parce, Deus: pie Jesu Domine, dona eis requiem. Amen.

#### EVANGELIO JUAN 5:25-29

IN illo tempore: Dixit Jesus turbis Judæorum: Amen, amen dico vobis, quia venit hora, et nunc est, quando mórtui áudient vocem Fílii Dei: et qui audierint, vivent. Sicut enim Pater, habet vitam in semetípso, sic dedit et Fílio habére vitam in semetípso: et potestátem dedit ei iudícium fácere, quia Fílius hóminis est. Nolíte mirári hoc, quia venit hora, in qua omnes, qui in monuméntis sunt, áudient vocem Fílii Dei: et procédent, qui bona fecérunt, in resurrectionem vitæ: qui vero mala gérunt, resurrectionem iudícii.

#### OFERTORIO

DOMINE, Jesu Christe, Rex gloriæ, libera animas omnium fidelium defunctorum de pœnis inferni et de profundo lacu. Libera eas de ore leonis, ne absorbeat eas tartarus, ne cadant,

LA TROMPETA, al esparcir su atronador sonido por la región de los sepulcros, reunirá a todos ante el trono.

LA MUERTE se asombrará, y la naturaleza, cuando resucite lo creado, responderá ante el Juez.

SE abrirá el libro en el que está escrito todo aquello por lo que el mundo será juzgado.

ENTONCES el Juez tomará asiento. Cuanto estaba oculto será revelado, nada quedará oculto.

¿QUÉ diré yo, miserable? A qué abogado acudiré cuando aun el justo apenas está seguro?

¡OH REY de terrible majestad, que a los que salvas, salvas gratis! ¡Sálvame, fuente de piedad!

ACUÉRDATE, piadoso Jesús, de que por mí has venido al mundo; No me pierdas en aquel día.

AL buscarme, te sentaste fatigado, me redimiste padeciendo en la cruz. ¡Qué no se pierda tanto trabajo!

OH JUSTO juez de las venganzas, concédeme el perdón en el día en que pidas cuentas.

GIMO como reo, la culpa ruboriza mi cara. Perdona, Señor a quien te lo suplica.

TÚ que perdonaste a María, y escuchaste al ladrón y a mí mismo me diste la esperanza.

MIS plegarias no son dignas; pero Tú, buen Señor, muéstrate benigno, para que yo no arda en el fuego.

DAME un lugar entre tus ovejas y apártame del infierno, colocándome a tu diestra.

ARROJADOS los malditos a las terribles llamas, convócame con tus elegidos.

TE RUEGO, suplicante y anonadado, con el corazón contrito como el polvo, que me cuides en mi hora final.

¡OH DÍA de lágrimas, aquel en el que resurgirá del polvo el hombre para ser juzgado como reo!

A ÉL/ELLA perdónale oh Dios. Piadoso Señor Jesús: dales el descanso eterno. Amén.

EN AQUEL tiempo, dijo Jesús a los judíos: En verdad, en verdad os aseguro que llega la hora, y ya ha llegado, en que los muertos oirán la voz del Hijo de Dios; y los que la oigan, vivirán. Así como el Padre dispone de la Vida, del mismo modo ha concedido a su Hijo disponer de ella, y le dio autoridad para juzgar porque él es el Hijo del hombre. No os asombréis: se acerca la hora en que todos los que están en las tumbas oirán su voz y saldrán de ellas: los que hayan hecho el bien, resucitarán para la Vida; los que hayan hecho el mal, resucitarán para el juicio.

SEÑOR, Jesucristo, Rey de gloria, liberad las almas de los fieles difuntos de las llamas del Infierno y del Abismo sin fondo: liberadlos de la boca del león para que el abismo horrible no los engulla y no caigan en los lazos de las tinieblas.

in obscurum; sed signifer sanctus Michael repræsentet eas in lucem sanctam, Quam olim Abrahæ promisisti, et semini ejus. Hostias et preces tibi, Domine laudis offerimus: tu suscipe pro animabus illis, quarum hodie memoriam facimus: fac eas, Domine, de morte transire ad vitam. Quam olim Abrahæ promisisti et semine ejus.

#### SECRETA

HÓSTIAS, quæsumus, Dómine, quas tibi pro animábus famulórum famularúmque tuárum offérimus, propitiátus inténde: ut, quibus fídei christiánæ méritum contulísti, dones et præmium. Per Dóminum nostrum.

#### PREFACIO

VERE dignum et justum est, æquum et salutare, nos tibi semper et ubique gratias agere: Domine sancte, Pater omnipotens æterne Deus, per Christum Dominum nostrum. In quo nobis spes beatæ resurrectionis effulsit: ut quos contristat certa moriendi conditio, eosdem consoletur futuræ immortalitatis promissio. Tuis enim fidelibus, Domine, vita mutatur, non tollitur: et dissoluta terrestris hujus incolatus domo, æterna in cælis habitatio comparatur. Et ideo cum Angelis et Archangelis, cum Thronis et Dominationibus, cumque omni militia cælestis exercitus, hymnum gloriæ tuæ canimus, sine fine dicentes:

#### COMUNIÓN

LUX æterna luceat eis, Domine: Cum Sanctis tuis in æternum: quia pius es. Requiem æternam dona eis, Domine: et lux perpetua luceat eis: Cum Sanctis tuis in æternum: quia pius es.

#### POSCOMUNIÓN

ANIMABUS, quæsumus, Dómine, famulórum, famularúmque tuárum orátio proficiat supplicántium: ut eas et a peccátis ómnibus éxuas, et tuæ redemptionis fácias esse partícipes: Qui vivis et regnat.

REQUIESCANT IN PACE

Que san Miguel, portador del estándarte, los introduzca en la santa luz; como le prometiste a Abrahán y a su descendencia. Súplicas y alabanzas, Señor, te ofrecemos en sacrificio. Acéptalas en nombre de las almas en cuya memoria hoy las hacemos. Hazlas pasar, Señor, de la muerte a la vida, como antaño prometiste a Abraham y a su descendencia.

TE SUPPLICAMOS, Señor, mires benigno este sacrificio que por las almas de tus siervos y siervas te ofrecemos, a fin de que habiéndoles dado el mérito de la fe cristiana, le concedas también la recompensa. Por nuestro Señor.

EN VERDAD es digno y justo, equitativo y saludable, darte gracias en todo tiempo y en todo lugar, Señor, santo Padre, omnipotente y eterno Dios, por Cristo nuestro Señor. En el brillo para nosotros la esperanza de la resurreccion dichosa, para que, al contristarnos la cierta condicion de que hemos de morir, nos, consuele la promesa de la futura immortalidad. Para tus fieles, Señor, la vida se muda, no fenece, y, deshecha la casa de esta terrena morada, se adquiere la eterna habitacion en los cielos. Y por eso, con los Angeles y los Arcangeles, con los Tronos y las Dominaciones, y con toda la milicia del ejercito celestial, cantamos un himno a tu gloria, diciendo sin cesar:

BRILLE, Señor, para ellos la luz eterna con tus santos para siempre, porque eres piadoso. V. Dales Señor el descanso eternos y brille para ellos la luz perpetua; con tus santos para siempre porque eres piadoso.

APROVECHEN, Señor, a las almas de tus siervos y siervas nuestras suplicantes preces, para que las libres de todos su pecados y les de su parte en tu redención. Tú que vives y reinas.